

— — Huius rei testes sunt: Albertus Magdeburgensis archiepiscopus. Engelhardus Nvwenburgensis^{a)} episcopus. Hermannus Turingië^{b)} lantgravius^{c)}. Comes Hermannus de Orlamunde. Comes Henricus de Swarzburg. Comes Albertus de Eberstein. Comes Adolfus de Schowenburg^{d)}. Comes Burkardus^{e)} de Mannesfelt. Comes Adelgerus
5 de Honstein. Puer de Heninberg^{f)}. Hartmannus de Helderungen^{g)}. Lûdolfus^{h)} de Berlesteten. Vlricusⁱ⁾ de Mincenberg^{k)} et alii quam plures.

:Signum domni^{l)} Frederici secundi Romanorum Sicilieque^{m)} regis invictissimi.: (M.)
Acta sunt hec anno incarnationis dominicę M. cç. xiiii.ⁿ⁾, indictione tercia^{o)}, regnante
domno^{p)} Frederico secundo^{q)} Romanorum rege glorioso et rege Sicilię^{r)}, anno regni eius
10 tercio; datum apud Nvwenburg^{s)} quinto^{t)} kal. februarii.

(SFR.)

203.

König Friedrich II. bekundet, daß Markgraf Dietrich zu seinem Seelenheil 40 bisher reichslehnbare
Aecker auf dem Berge Ganzig an der Saale dem Kloster Bosau mit seiner Einwilligung ge-
15 schenkt habe. Altenburg, 121[5] Febr. 4.

Hdschr.: Kop. Perg. Chartar. mon. Bosav. S. 39 (Saec. XIV). Kgl. Bibliothek Dresden J. 90.

Gedr.: Huillard-Bréholles, Hist. dipl. Frid. II. I. 2,357. Böhmer-Ficker 781.

Fridericus secundus dei gratia Romanorum rex et semper augustus et rex Sicilie.
Inter cetera pietatis opera salutis nostre illud potissimum credimus expedire, si in promo-
20 vendis ecclesiarum utilitatibus inventi fuerimus efficaces et circa ipsarum commoda curam
et operam inpendimus diligentem. Ea propter universis imperii Christianique fidelibus tam
presentibus quam futuris duximus innotescendum, quod carissimus princeps noster et
consanguineus Thidericus Misnensis et Orientalis marchio coram nobis constitutus pro
remedio anime sue XL agros in quodam monte, qui dicitur Ianzi, sito super Salam, pro
25 excolendis illic vineis Alberto venerabili abbati de Puzowe et monasterio suo perpetuo
proprietas iure possidendos per manus nostras contradidit, a nobis cum devocione
postulans, quoniam iam dictos agros in feudo ab imperio et a nobis tenebat, ut facta ipsi
abbati et suo monasterio donacio in nostra consisteret voluntate. Nos igitur iustis ipsius
marchionis et abbatis precibus inclinati donacionem factam gratam habemus et ratam et
30 monasterio de Pozowe, abbati quoque et fratribus ipsos agros possidendos confirmamus.
Ad hec indulgemus et regia mansuetudine concedimus sepe dicto abbati et suis fratribus,
quatenus de foresto nostro, quod aput Aldenburg forestum camere nuncupatur, pro
necessitate sua de lignis per singulas ebdomadas anni duos currus oneratos colligant et
deducant, quemadmodum pie memorie imperator Henricus genitor noster et rex Philippus

35 202. a) Niwenburgensis C. b) Thuringie C. c) Herm. T. lantgravius fehlt B. d) C. Adolfus de Sch. fehlt B.
e) Burchardus C. f) hennenberc C. g) heldrungen C. h) Lûdolfus B. Ludolfus C. i) Vlricus C.
k) Minzenberc C. l) domini C. m) Sycilieque C. n) quarto decimo C. o) III. p) domino. q) ii.
r) Sicylie C. s) Nûerinberg C. t) sexto B.